



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

27. Junij. 5. Cal. Julij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

sentientes, non resistentes. Iste est, qui seipsum de cælo superbus, nullo impellente, præcipitavit: ut scias, multo magis hominem suiipsius casui imminere, quem propriæ substantiæ pondus gravat.

Casum
fibi de-
bet pec-
cator.



27. Junij. 5. Cal. Julij.

B. RODOLPHE: qui ex monasterio Berdonensi cum fratrum cohorte ad locum, Cantavos dictum, emissus, fideles tuâ sanctimoniâ ad multam liberalitatem provocasti: quorum auxilio insigne ibidem cœnobium condidisti; ac prudentissimo regimine dignis tam ædificijs, quàm inquilinis auxilijs, *Castella validissima sunt in medijs mundi turbis ad quietem & salutem animarum erecta. Felix, qui se in tranquillitatem continet, infelix, qui sese in interitum sponte præcipitat.*

Floruit
anno
1150.

Securi-
tas vitæ
religio-
sæ.

B. DANIEL: qui officio Prioris in Valle S. Petri tanta sanctimoniæ laude perfunctus es, ut postmodum tuæ merita ad Abbatialem dignitatem Schonaugiensensis monasterij evexerint. Ubi omnibus virtutibus pastore dignis

Floruit
anno
1203.

dignis inclytus, nunquam ad tremendum Sacrificium accedebas, nisi animo ab omnibus curis exonerato, & conscientiam per intimos angulos discussam. Accidit autem, ut post prolata sacrosancta verba clarè videres, Calicem non vini speciebus, sed vero sanguine impletum: cujus rei admiratio te aliquamdiu suspensum tenuit, metuentem, ne erubescendum aliquid in te hic rubor argueret. Sed cum post diligens examen nihil deprehendisses, adorasti cœlestem favorem, sumptoque pretiosissimo nectare, tantam in animo sensisti dulcedinem, ut in alium omnino hominem tibi videreris esse mutatus.

*Species
Vini
in sanguinem
mutari
videt.*

Discussio conscientiam, præsertim cum ad sacrosancta mysteria accedo. Pavendum fulmen est, quod Apostolus discutere sese ac probare omnitem, reum Corporis & Sanguinis Domini pronunciat.

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

*Seipsū
judicās
à DEO
non ju-
dicatur* *Scrutabor ego vias meas, & studia mea; quò is, qui scrutaturus est Jerusalem in laternis, nihil inscrutum in me sive indiscussum inveniatur: neque enim judicaturus est bis in idipsū.*

25. Junij